Dissertationum Germanicar.

T. XII.

Varii Argumenti

P. V.

Elenchus Auctorum

DISSERTATIO IVRIDICA

DE

CVRATORE FODINARVM

Vom Schichtmeister.

QVAM

PRAESIDE

IOANNE CHRISTIANO HEDLERO D

CVRIAE PROVINCIALIS IN LVSATIA INFERIORI

ASSESSORE

CVRIAE PROVINCIALIS ET CONSISTORII ECCLESIASTICI VITEMBERGENSIS ADVOCATO

D. MAII MDCCL

IN AVDITORIO IVRIDICO

DEFENDET

IOANNES GOTTLIEB SCHLIEBE

VITEBERG. SAX.

VITEMBERGAE

EX OFFICINA HAKIANA

§. I.

VErte, quocunque uolueris, oculorum aciem, et contueri licebit ubique insignia documenta, quibus opifex aedificatorque mundi, rerum omnium praepotens DEVS, et immensae potentiae uim, et altitudinem prouidae curae largitatemque testatur. Pulchrum coelum est, pulchrae stellae, pulchrum, quicquid totus complectitur, orbis. DEVS expleuit mundum omnibus bonis. Volucres coelo fruuntur libero et aere. Tum huc, tum illuc uolant alites. Maria, tam uasta, et tot millibus passuum terrae infusa, ceteraeque aquae, copia piscium abundant, adeo ut uix omnia genera in contemplationem uocari queant. Terra feras alit, gregesque uariorum pecorum. Harum rerum omnium dominum constituit hominem, hominum rerumque Repertor. Inde feris retia poni, hamo pisces capi, auesque corripi uisco uides, et, quae libera fuerant, hac ratione transire in ius occupantium, facile intelligis.

§. II.

Hoc diuino munere ac beneficio homines utuntur. Sed prouida cura DEI, gradu altius facto, tellurem ipsam et intus, tot tantisque, hominum causa, repleuit donis, ut admiratione obstupefiant, qui acutissime indagare, et omnia odo-

rari, soliti sunt. In intimis terrae uisceribus aurum, argentum, electrum, aes, gemmae, reliqua quae hominum usui inseruiunt, abdite latent. Habendi cupido ad tellurem intus perquirendam concitauit hominum animos, impleuitque exhauriendi studio, quousque penetraret, auaritia. Hic quidem dubitatio remouenda est eorum, qui illa aut superuacue, aut cum damno humani generis creata et indagata putant, ac innocentem, beatam, et delicatam uitam credunt, si nihil aliud, quam quod super terras, et secum est, homines concupiscerent, nec luxuriae, bellorum, et caedium instrumenta tanto cum periculo et sumtu inquirerent, PLIN. *lit. 33. in proem.* NOVES. *in discurs. ciuil. et milit. c. 23.* BVDEL. *de re nummar. l. 1. c. 3. n. 3. et seq.* FRANC. PETRARCH. *de remed. fortun. secund. Dial. 54.* Etenim iniurii sunt in creatorem, qui nihil frustra aut male, sed rectissime et optime omnia fecit, et populo suo inter alia benedictionis diuinae signa optimum metallorum prouentum promittit, et a Metallicis operis ad Ecclesiasticas functiones pulcherrimas similitudines deducit, *Gen. 1. u. 31. Deut. 8. u. 9. Iob. 22. u. 24. Ier. 6. u. 29. Ezech. 16. u. 17. Malach. 3. u. 3.* et tractat late. MATHESIVS *in homiliis sareptanis homil. 1.* ZANCH. *de operib. creat. l. 3. c. 6.* GVILEL. SALVST. BARTAS. *de infantia mundi, l. 3.* Commendat et Metallariorum operam Athalaricus Rex apud CASSIODORVM *lib. 9. Varior. c. 3.* subiiciens tandem: *Aurum per bella quaerere, nefas est, per maria, periculum; per falsitates, opprobrium: in sua uero natura, iustitia.* Honesta sunt lucra, per quae nemo laeditur, neque abusus rerum substantiam tollere debet. Nam ut ex Sallustio, Barthesio GABRIEL LERMEVS canit:

Sic animis accepta malis sanctissima quaeque
Munera degenerant lethalibus aequa uenenis
Vid. HEIG. *P. 1. qu. 13.*

Huius rei quicquid sit, quicquid etiam obuertat LIPSIVS *in Magnit. Roman. Lib. II. Cap. 5.* ut modus in rebus esset,

ſet, ut aliquis ordo cuſtodiretur, ut ſaluti publicae conſuleretur, de mineralibus atque metallis, quae terra, benigna illa mater, hominum generi donat, poteſtatem ſummis in republica imperantibus ſemper relictam ab iisque priuatorum facultatem in illis rebus circumſcriptam fuiſſe, certum exploratumque habetur HORN. *in Iurisprud. Feud. Cap. IX. §. 6.*

§. III.

Res apud Romanos, quomodo ſe habuerit, cuiusque fuerint metalla, ex fodinis eruta, ex ZIGLERI *iure Maieſtatico Lib. II. Cap. 19.* et EISENH. *de Regali metalli fodinarum iure Cap. II. §. 22. ſeqq.* tradit HORN. *indiſquiſ. de regali metalli fodinarum iure §. 9.* quaſi in compendio, cuius ſumma haec eſt: Fodinas, ex quibus aurum, argentum, et alia metalla eruta, uel publicas fuiſſe, uel priuatas; Illas, quia in loco fuerint publico, ad principem pleno iure cum omnibus emolumentis (habes hic, niſi me fallunt omnia, conſentientem ILLVSTREM DOMINVM DE LEYSER *in Meditat. ad Specim. 25. Corollar. 3.*) has, quia in fundis priuatorum exſtiterint, ad fundorum dominos pertinuiſſe refert, ex uulgato illo, naturali rationi conueniente: *Quicquid ſub fundo meo eſt, in imis terrae cauernis ad ultimum uſque centrum, meum eſt, perinde ut aer ſupra fundum ad coelum uſque*, CVIACIVS *Lib. XV. Obſ. 21.* CHOPPIN. *de Domin. lib. 1. c. 5.* STRUV. *Syntagm. Iur. Feud. VI. 26.* Vindicaſſe, ait porro, ſibi Romanorum Principes iam diu ius aliquod in priuatorum metalli fodinis, easque non tantum in cenſum retuliſſe, ut alias poſſeſſiones *L. 4. § 7. ff. de Cenſu.* uerum etiam certum uectigal metallarium, uel canonem a poſſeſſoribus exegiſſe, *L. 13. et L. fin. §. 7. ff. de Public. et Vectig. L. 17. ff. de V. S. tot. tit. C. de Metallariis et Metallis.* Deinde publicae utilitatis cauſa ſancitum fuiſſe docet, ſi ipſe dominus fundi metalla, uel marmora quaerere nollet, alii, quisquis cuiasue fuerit, domino etiam inuito, effodere licuiſſe, dum-

 modo

modo aedium fundamenta non labefactarentur, et tam domino fundi, quam fisco, canon solueretur, atque huic quod reliquum erat, iusto pretio redimendum offerretur. Cum publicae intersit, metalla e uisceribus terrae erui, eodem modo hodie, quo iure Romano, permissum est cuilibet, alieno in fundo metalla quaerere, fundique dominus id prohibere nequit. Sed haec tenenda sunt, excipi more recepto, die besammte Aecker, ingleichen Tisch Bett und Feuerstätte; deinde, id fieri non debere ex aemulatione aut uexae causa; denique fossas, si nulla uena fuerit detecta, terra a quaesitore iterum implendas esse vid. HORN. *l. c.* licet enim domum uel praedium alterius ingredi non liceat inuito domino, et alias ingrediens actione iniuriarum teneatur, *l. 3. ff. de acquir. rer. domin. l. iniuriarum §. fin. ff de iniur.* et ei resisti possit manu militari, ut tenet *gl. in dict. l. 3.* Metallarii tamen possunt ingredi alienum fundum, et data opera metalla quaerere, etiam inuito domino, et hoc fauore publicae utilitatis, *l. Cuncti* et ibi *gl. et* BART. in *l. quosdam C. de Metall.* Vtraque tamen lex indemnitati ipsius priuati domini quoque consulit, ne alter licentia sua in perniciem proximi posset abuti alienas aedes labefactando, et ut partem fructuum ipsi quoque domino, tanquam salarium quoddam penderet, unde fluxit institutum in ord. Metall. de partibus hereditariis vom Erbkuxen. vid. DOMINVS DE SCHOENBERG in der Berg*information uoc.* Schürffer *n. 1.*

§. IV.

Non alienum puto, breuiter hic indicare, quanta cum cura, quantoque studio, quanta cum cupiditate, nec sine iniustitia minime raro, principes, ueteresque, inuigilauerint metallis, ut haec latentia naturae bona non in usum tantum, sed firmandae etiam potentiae explendaeque auaritiae causa, arcesserent. Nam multa millia hominum, qui quaererent, huc

adige-

adigebant, quosdam mercede conductos, plerosque damnatos ad metalla, quos in subterraneo illo carcere fames, labor, uapor, et ruina saepe etiam necabat. CASSIODORVS *intrant*, ait, *homines caligines profundas, uiuunt sine superis, exulant a sole, et dum sub terris compendia quaerunt, nonnunquam lucis gaudia derelinquunt.* Aegyptiorum hoc inuentum fuit, *quorum reges* ait, DIODORVS, *omnes criminis damnatos, item ex hostibus captos, siue quis regem offendisset ipsum, et totam cognationem interdum, auro effodiendo deputabant: Simul et facinorum poenam sumentes, simul et quaestum uberem ex eorum labore capientes.* Atque hi tali interdum numero ut POLYBIVS ad Carthaginem nouam fodinis in Hispania, *non minus XL. millia hominum*, scribat, *assidue in opere uersari.* PLINIVS etiam notat teste Lipsio, *censoriam legem fuisse auri fodinae in agro Vercellensi, qua cauebatur, ne plus quinque millia hominum in opere Publicani haberent.* Nec id, credito, miseratione aut cura pereuntium factum: sed cautione et dispensatione operis, ut ne in una conductione Publicani totum aurum exhaurirent. Itaque lex in elocatione dicta fuit de numero operarum. STRABONIS locus est, qui abdicare a republica, aut principe, argenti omnes fodinas uidetur, relinquere tantum auri. Verba: Ἐςι δε καὶ νῦν τα ἀργυρεῖα, ὀ μέν τοι δημόσια οὔτε δὲ ἐνταῦθα, οὔτε ἐν τοῖς ἄλλοις τόποις, ἀλλ᾽ εἰς ἰδιωτικὰς μετάςησαν ἐκτίσεις. Τὰ δὲ Χρυσεῖα δημοσιεύεταιτὰ πλείω. Sunt autem et nunc argentariae non tamen publicae, neque illic, neque aliis in locis, sed ad priuatas redemturas sunt redactae; Aurariae autem pleraeque publice exercentur. Ambigua uidetur sententia, uelitne uenditas argentarias priuatis, certa pensione, an duntaxat elocatas. At in aurariis aliter, quas ob lucri magnitudinem ipsi Principes exercere solent. In terris Saxonicis magistri montium, ut uocantur, **die Bergmeister**, fodinas argentarias concedunt. Inde quaestio de

aurifo-

aurifodinis anceps olim erat et dubia. Alii et aurifodinas a montium magiſtris concedi poſſe putabant, alii id negabant, et Sereniſſimos Electores hocce ius ſibi ſolis reſeruaſſe exiſtimabant. Illorum opinio nitebatur *art. 6. Ord. Metall. Chriſtiani I.* Ein jeder unſer jetziger oder zukünfftiger Bergmeiſter ſoll Macht und Gewalt haben, auf den Gebürgen, ſo ihm befohlen ſeynd, nach Ausweiſung Bergleuftiger weiſe und der Bergrechte auf alle Metall, Bergwercke zu verleihen, *x.* et quia uerba: auf alle Metall generaliter poſita erant, ſpeciem recti habebat. Eiusdem opinionis fuiſſe cenſeo HORNIVM *in disquiſit: de Regali iure Aurifodinarum* §. 21. cuius uotum ſimul eo ibat, ut in noua, quam expectabat, ordinatione metallica res diſerte ſanciretur. At enim uero, ſi recte auguror, in IOANNIS GEORGI I. **Bergwercks** *decret* §. 8. ubi uerba ſic ſe habent: dergleichen ſtreichende, und Gold-Ertz führende Gänge deren Verleihung wir uns jederzeit vorbehalten, diſſenſio iam ſublata atque ſententia poſterior approbata uidetur.

§. V.

Abditi in imis terrae uiſceribus, rudi adhuc pondere, theſauri, quorum gloria, etſi fluxa ſit, atque fragilis, tamen non plurium ſolum animos

omnis enim res
Virtus, fama, decus, diuina humanaque, pulchris
Diuitiis parent: quos qui conſtruxerit, ille
Clarus erit, fortis, iuſtus. Sapiensne? etiam rex,
Et quicquid uolet.

HORAT. *l. 2. Sat. 3 u. 95.* impulerunt, ut fodinas colere, terras monteſque perfodere, aurum, argentum, opeſque effodere, eaque propter ſeſe periculis exponere non dubitarent; ſed etiam ſummos in republica imperantes permouerunt, ut, quia

quia reipublicae utilitas id postulare uidebatur, consulto et de industria uarias, suo quisque in territorio, leges ponerent, iisque, quid iuris sit, quidque uelint obseruari rebus in metallicis, definirent. Extat Wenceslai Regis Bohemiae **Bergbuch**, qui libellus anno 1280. latine, deinde uero 1616 germanice a Ioanne Deucero editus est. Florent **Ursprung und Ordnungen derer Bergwercke im Königreiche Böheim, Churfürstenthum Sachsen, Erzherzogthum Oestreich, Fürstenthum Braunschweig und Lüneburg Grafschafft Hohenstein**, quae constitutiones coniunctim omnes editae sunt Lipsiae 1616. Varias grauesque in Saxonia, quae rerum metallicarum disciplinam custodiunt, legum habemus sanctiones, ab *Augustis* editas, *Christianis Georgiis Fridericis Augustis, Principibus optimis*, quorum memoriam gloriamque nulla unquam obscuratura est obliuio. Dici uix potest, quam scite, quam distincte et ordinate in iis agatur de rebus metallicis, rerumque metallicarum incrementis, de personis, personarumque, eo spectantium, iuribus, diuisionibus, officiis, delictis, foro, poenis, aliis.

§. VI.

Sed quorsum haec? Lectorem ne morer, dicendum, quid uelim. Rogabar ego nuper, ut in elaboranda disputatione, quae de officio certae personae, metallicis rebus inseruientis, dictae **der Schichtmeister**, agere debebat, iuueni bonae indolis, bonaeque spei, a consiliis essem, praesidioque. Laetabar occasione faciendi periculum, num et in hoc studiorum genere aliquid ualerent humeri. Operi iungebam manus, sed negotiosa uidebatur prouincia, quam susceperam, et molesta. Mutabat etiam consilium futurus respondens, territus forte rerum grauitate, quae et mihi animum deterrere poterat, quia causarum rerumque metallicarum cognitio

multis est obstructa difficultatibus. Tantum uero absuit, ut horror me perfunderet, ut potius propter has ipsas difficultates, quia esse caussa uidebantur amplificandae scientiae, laetior ad opus et alacrior accederem. Excitat enim auditor studium, laudataque uirtus crescit, et immensum gloria calcar habet. Ideoque conquiro, quae metallicis de rebus inuenire poteram sanctiones, multaque cum animi uoluptate lego, relego. Maxime uero *Diui Augusti, Electoris Saxoniae, Principis* omni integritatis, grauitatis, rectitudinis, sapientiae, maximique ingenii, et singularium uirtutum laude eminentissimi ordinationes metallicas anno supra millesimum, quingentesimum septuagesimo tertio promulgatas studiose obseruo, et rerum tum grauitate et dignitate, tum iucunditate delector. Stabat igitur firmiter propositum de curatore fodinarum, vom Schichtmeister, quaedam colligendi atque proponendi, ut, si non ex toto, tamen ex parte, quis qualisque sit, quomodo constituatur, in quo consistat officium, quid, si delinquat, et quae sunt reliqua, patesceret,

§. VII.

Curator fodinarum der Schichtmeister, procurator est et administrator colonorum, derer Gewercken, qui fodinas eas, die Zechen colunt. Vid. BAVSSII Einleitung zu denen in Teutschland üblichen Bergrechten *L. I. Tit. 2. c. XI.* §. *12.* Nuncupatur etiam, der Vorsteher, *art. 13.* der Bergordnung Augusti. Vbi haec uerba reperiuntur: Ein jeder Bergschreiber soll auch das Quatember-Geld, so jeder Vorsteher oder Schichtmeister zu Unterhaltung der Geschwornen zu geben schuldig, einnehmen; et art. 31. nur gedachter Bergordnung Augusti haec uerba habentur: Da aber durch des Schichtmeisters oder Steigers Unfleiß und Verwahrlosung etwas veruntrauet, und solches offenbar würde, so soll der Thäter vermöge der Rechte peinlich gestraffet und die Vorsteher ihrer Dienste entsetzet werden.

werden. Nominatur porro, der Grubenschreiber vid. DEUCERI Königliches Bergbuch *Lib. 1. Cap. 8.* Uberdieß sind noch etliche gemeine Schreiber welche auf den Gruben und Zechen, die ihnen sonderlich befohlen seyn, die Bergkosten und Ausgaben beschreiben :c. Es sollen aber berührte gemeine Grubenschreiber oder Schichtmeister, unsern geschwornen Urbüren-Schreibern um des wöchentlichen Anschnittes oder Rechnung willen, die sie ihnen alle Wochen von der Bergkost thun sollen, unterthänig und gehorsam seyn. Ex iis, quae infra dicentur, luculentius patebit, quare curator fodinarum der Schichtmeister procurator et administrator nominetur. In Deuceri Königlichen Bergbuche Caput XIV. de Procuratoribus von denen Procuratorn oder Anwälden der Gewercken sequentem agitur in modum: Procuratores Vorsprecher, oder Anwaldt der Gewercken sind die, so fremde Händel, aus Befehl ihrer Herren zu handeln gutwillig auf sich nehmen, und diese seyn zweyerley, die ersten über die Bergtheil, die andern über die Bergkost derselbigen Theil bestellet. Die über die Bergtheil bestellet seyn, die sollen über ihrer Herrn Bergtheil vollkommene Gewalt haben, damit zu thun und zu lassen in allermaassen, wie die Herren selbst thun möchten, wenn sie verhanden wären. Und dieselbigen Procuratores oder Anwälde sollen alle Wege in Gegenwart und mit Vorwissen des Bergmeisters und zweyer Gewercken zum wenigsten constituiret und angenommen werden. Die andern Anwälde oder Procuratores werden alleine auf die Bergkost oder andere nothdürfftige Ausgaben auf ihrer Herren Bergtheil verordnet, und die nennet man, Besteller, dieselbigen, ob sie gleich die wöchentlichen Unkosten auf ihrer Herren Theil, nicht alle Wege zahlen und entrichten, so sollen doch die Herren ihre Bergtheil darmit nicht verlieren, es wäre dann, daß diejenigen, denen man auf berürter Theil Sambkost schüldig worden, dieselbigen Schulden und Bergkost in Gegenwart des Bergmeisters gesuchet, und der Bergmeister durch seinen darzu

verordneten Frohnbothen, und einen Mit-Gewercken, solche Schulde und Sambkost zu zahlen, gebothen und befohlen hat. Haec nisi omnia, plurima tamen applicari possunt ad curatores fodinarum die Schichtmeister. Diuiduntur procuratores in dicta sanctione, sed utriusque procuratoris officium officiique partes explet curator fodinarum der Schichtmeister. Huic enim citationes, quamuis hae insinuari soleant auf denen Zechen und Huthhäusern, iisque locis et aedificiis deficientibus, affigi an die Kauen, semper tamen separatim adhuc et quidem uel ad manum, uel, eo absente ad domum eius insinuandae sunt, uid. *Mand. Reg.* vom 26. August. 1713. Wie bey entstehenden Streitigkeiten in Berg-Sachen zu praecediren, quod adiectum est der erläuterten Procefs-Ordnung n. XI. B. KRAVSI *tractat. Synopt. Procefs. Iudic. Lib. II. c. VII.* §. 7. quin imo in ipso termino fodinarum curator coram iudicio, uel solus nomine colonorum seu exercitorum, deren Gewercken, uel horum cum aliquibus, uel cum mandatario a colonis peculiariter constituto comparet, cunctaque expedit, quae colonis seu exercitoribus denen Gewercken incumbunt. Vid. alleg. *mandat. Reg. d l.* § 2. KRAVS *c. l.* credo etiam, quod et ipse actorem constituere possit, qui colonorum iura obseruet. Haec pertinere mihi uidentur ad officium procuratoris, qui ex decreto *Ordinationis Bohemicae* des Königl. Bergbuchs constituitur über die Bergtheile. Deinde, quod alterum attinet procuratorem, qui constituitur über die Bergkosten, derselbigen Theile, apta est ea dispositio omnino curatori fodinarum dem Schichtmeister. Hic enim administrat et omnia dispensat, recipit pecunias distribuitque, quae facienda sunt uel omittenda, disponit, rationes nummarias curat et ad reddendas rationes obstrictus est. Verbo, omnia quae huc dum dicta sunt, conueniunt cum definitione procuratoris, qui aliena negotia mandato domini administrat *L. 1. pr. ff. de Procurat.* Curator enim fodinarum, der Schichtmeister admini-

ministrat aliena negotia, colonorum scilicet siue exercitorum, derer Gewercken. Vid. art. 45. der Bergordnung Augusti, ergo procurator est et administrator. Si recte auguror haec sententia magis magisque confirmatur in resolutionibus wegen Abstellung und Remedirung derer in Bergwercks-sachen vorgekommenen und angemerckten Mängel und Gebrechen de dato Leipzig den 7. Jan. 1709. §. 14. Damit auch sonst noch ferner der Bergbau allenthalben mit desto mehrern Fleiß und Nutzen erreget, und fortgetrieben werden möge, ist zwischen denen Berg- und Hüttenbeamten, sowohl denen Gewercken, und derselben Schichtmeistern jederzeit bey denen Quartalaufrechnungen nothwendige Deliberation und freundliche Vernehmung über ein und andere vorfallende Anstalt zu pflegen, und haben darbey die Gewercken billig derer Beamten guten Anweisung vornehmlich zu folgen, diese aber auch derer Gewercken und Schichtmeistere Erinnerungen glimpflich anzunehmen und zu hören. Atque in Mandato vom 26. Aug. 1713. §. 2. haec habentur, und also kein Zweifel daß sie solche Personen hierzu erwählet, deren Treue, Sorgfalt und Dexteritæt sie gnugsam versichert, welche auch dahero in ihren bey denen Berg- und Grubengebäuden actiue und passiue vorfallenden Angelegenheiten die Nothdurfft allenthalben pflichtmäßig beobachten werden.

§. VIII.

Vt merito reprehenditur, qui, quae sui sunt officii, ignorat, ita uituperio non caret, qui, quae sui officii sunt, rite recteque non exequitur. Cum enim omnis ignorantia turpis sit, et noxia, tum maxime ea uituperanda est, quae nescit officii partes. Deinde ut diligentia in omnibus rebus plurimum ualet, ita haec praecipue colenda est in exequendis officii partibus. Vitanda est improba Siren, desidia. HORAT *Lib II. Satyr. 3. u. 14.* Qui desidiam sectatur, is accusantibus obnoxius esto, ait Solon in legibus suis,

Μηδ' ἀναβάλλεσθαι ἐς τ' αὔριον, ἐς τ' ἔννηφιν
Οὐ γὰρ ἐτωσιοεργὸς ἀνὴρ πίμπλησι καλιὴν,
Οὐδ' ἀναβαλλόμενος.

Ne differ sub cras opus atque diem inde sequentem
Nam sua desidiam sectans replet horrea nunquam.

Hesiod. Op. et Dier. u. 408.

Quae cum ita sint, fas est, ut curator fodinarum, der Schichtmeister sit non solum rerum metallicarum rationumque intelligens, sed et in officio diligens. Diui Augusti Bergordnung art. 42 ceteraeque ordinationes expressis uerbis disponunt: Doch sollen unsere Amtleute fleißig aufsehen daß kein unfleißiger und unverständiger Schichtmeister genommen werde. Porro: daß dieselben zum Amte tüglich seyn. Vox, tüglich, uti quidem ego autumo, respicit exigitque simul corporis sanitatem, quia curator fodinarum der Schichtmeister non cum animi sollicitudine et uigilantia tantum, sed et cum labore corporis officium suum tractare tenetur. Officii enim ratio exigit ut fodinas, die Zechen, saepius et ipse intret. Habentur hanc in rem art. 46. der Bergordnung Augusti uerba sequentia: Ein jeglicher Schichtmeister soll alle acht Tage, wo es möglich, seinen Gewercken Zeche befahren, und fleißig aufsehen, daß sich der Steiger mit seiner Arbeit und Gebäuden dieser unserer Ordnung mit Aus und Anfahren und allen andern treulich halte, den Heuern förder aufsehe, daß sie recht und wohl arbeiten, auch rechte Schicht halten. Si igitur aliquis aduersa ualetudine conflictatur, quae ad exequenda officia paratum alias animum impedit, licet alias sit aptus, minime idoneus erit, qui constituatur. Ab hac opinione non alienus est DOMINVS DE SCHOENBERG in der Berg-Information uoce Schichtmeister N. I. sollen die Amtleute nicht gestatten daß einer, der Leibesunvermöglichkeit halber untüchtig hierzu bestellet werde. Deinde in curatore fodinarum dem Schichtmeister, requiritur uel

maxime

maxime probum ingenium, alienum a fraudibus, et fallere nescium. Denique, quod bene notandum, desideratur, curatorem fodinarum hominem esse non friuolae sed honestae originis. Verba in art. 24. der Bergordnung Augusti hac de re ita sonant: Als ordnen und wollen wir, daß auf allen unsern Bergwercken die meisten Gewercken Schichtmeister und Steiger (doch daß dieselben ehrlicher Ankunfft redlich und zum Amte tüglich seyn) bestellen sollen = = =

§. IX.

Disputatum fuit acrius aliquando, quod, cui uolupe, uidere licet apud HORNIVM *Class. 2 Resp. 15. et 30.* an duo fratres, uel pater et filius, collegio uni simul assidere possint, quae doctrina etiam de affinibus tenenda est. In ea explicanda recteque discingenda multum operae praestitit HORNIVS *l. c.* et cum eo consentit ILLVSTRIS DOMINVS DE LEYSER *in Medit. ad ff. Spec. LXX. Coroll. 2.* Huius rei quicquid sit, ubi adsunt leges expressae, consuetudines, mandata, statuta, ordinationes prohibitiuae, his inhaerendum esse, puto, maxima cum cura, adeo, ut ne cogitando quidem machinari quid liceat in contrarium, praesertim si ad earundem obseruationem collegii membra iuramento peculiari adstringantur. Loco citato recenset *illustris Dominus* DE LEYSER leges ciuitatis Hamburgensis atque ex *P. I. Tit. I. art. 5.* docet, uni collegio adsidere simul patri et filio non licere Vel centum alia referri possunt statuta et leges, quibus non solum patris et filii, sed et fratrum affiniumque caussa idem sancitum est. Quid uero uel dignius uel illustrius ad probandam hanc thesin allegari posset, quam quidem ipsa ordinatio Senatoria ciuitatis Vitembergensis. Haec, uti quidem mihi tota sapientissimis principiis inniti uidetur, ita *Cap. II.* von der Wahl der Rathspersonen sequentem legem ponit: Es ist auch in Zukunfft niemand im Rathsstuhl zu ziehen, der mit

mit einem, so darinnen schon befindlich, in auf und absteigender Linie, oder auch seitwärts bis in den 3ten Grad gleicher Linie inclusiue, wie solches secundum computationem canonicam in denen Ehesachen pfleget gerechnet zuwerden, mit Blutfreundschafft oder Schwägerschafft verwannt. Quis non intelligit, ipsos Patres Conscriptos, qui ex auctoritate Patres, ob aetatem Senatores iam primis temporibus nominabantur, hac ratione sedulo noluisse, ut factiones et coitiones ne existerent, ut ne alter alterum uel alliceret, uel cogeret eadem cupere, eadem odisse, eadem metuere, ut ne conspirarent in occulto aliorum in detrimentum, ut ne machinationibus dolisque locus ullus relinquatur. Atque hanc ipsam ob causam, quia uidelicet ex cognationibus et affinitatibus eadem omnia metuenda sunt, de curatore fodinarum, dem Schichtmeister, disponitur **in der Joachimsthalischen Bergordnung** *art. 45.* et in *Diui Augusti* Bergordnung *art. 46.* Es sollen auch die Schichtmeister und Steiger auf einer Zechen nicht Bruder oder Vettern seyn, sich auch in keine sonderliche Einigkeit geben die denen Gewercken zum Nachtheil gereichen mag. *Dominus* DE SCHOENBERG *l. c.* rem ita tradit: Schichtmeister sollen mit denen Steigern nicht Brüder noch sonsten nahe Anverwanten seyn, auch in keine verdächtige Einigkeit mit ihnen sich begeben. Scansor enim, der Steiger, subest curatori fodinae dem Schichtmeister, id quod patet ex *cit. a t. 45.* der Joachimsthalischen Bergordnung, *art. 46. Augusti* Bergordnung, aliisque ex articulis. Verba ita se habent: Ein jeglicher Schichtmeister soll alle acht Tage, wo es möglich, seiner Gewercken-Zechen befahren, und fleißig aufsehen, daß sich der Steiger mit seiner Arbeit und Gebäuden unserer Ordnung mit Aus- und Anfahren und allen andern treulich halte. Item in Resolutionibus wegen Abfall und Remedirung derer in Bergwercksachen vorgekommenen und angeordneten Mängel und Gebrechen d. d. Leipzig vom 7. Ian. 1709. §. 9. leguntur haec verba: Auch sollen die Steiger

ger keineswweges befugt seyn, ohne Vorwissen und Einwilligung derer Schichtmeister, auch nach Beschaffenheit derer Umstände des Bergamts Arbeiter an und abzulegen. His in ipsis resolutionibus citatis §. 11. cognationes, agnationes, et affinitates in iisdem fodinis fere prorsus sunt prohibitae sequentem in modum: Immaassen auch beysammen auf einer Grube und zu einer Arbeit, Vater, Schwäher, Söhne, Brüder, und nächste Schwäger, wenn zumahl die Anverwantniß sich mit dem Schichtmeister oder Steiger ereignet, zugleich nicht zuzulassen.

§. X.

Olim ii, qui rebus metallicis erant praefecti, in ipsis quidem fodinis, quibus praeerant, coloni seu exercitores, Gewercke, esse non poterant. Ipse *Diuus Augustus* in der Bergordnung *art. 5.* id fatetur: Ob wohl hie bevorige unsere Bergordnung vermocht, daß unsere Bergamtleute in ihren Refieren, und befohlenen Gebiethen, gar keine Bergtheile bauen noch haben sollen 2c. at enim uero, idem ipse *Diuus Augustus d. art. 5.* iam mutauit eam pristinam sanctionem, et, ut partes quasdam einzele Kuxe coemere possent, permisit. Diuus Fridericus Augustus Poloniarum Rex Saxoniaeque Elector, beatissimae memoriae, Princeps auctoritate potens, prudentia admirabilis, diuinisque laudibus ornandus pro ea, qua pollebat sapientia et prudentia, in dictis resolutionibus §. 22. certum saltem numerum concessit. Verba ita se habent: Die Bergbeamte sollen künfftighin auf ihrer Refier, und die Schichtmeister auf denen Zechen, so sie in Versorgung haben, höchstens mehr nicht als acht Kuxe, auf jeder Zeche, für sich, und die Ihrige zusammen, zu gewärth

 bekom-

